

224 zwischen 940 und 953. Dobenecker 1, 88 f. n. 381 (zu c. 951).

Rubrum: „*Tradit(io) Prediorum In uilla Northeim nuncupata*.“ Später und daher zum Teil auf dem Rand stehend, aber wohl von Eberhard selbst ist angefügt: „*Hoc est qualiter Otto Imp(erator) tradidit beato Bonifacio Uilla(m) Nor(t)heim^a nuncupata(m)*.“

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina favente clementia (imperator)^b (omnibus suis fidelibus salutem^c). Notum sit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industrie, qualiter nos pro anime nostre remedio vel etiam dilectissimi genitoris nostri beatę memorię Heinrici regis quasdam res proprietatis nostre ad ecclesiam sancti Bonifacii martiris Fulde, ubi Hadamarus venerabilis abbas (monachis)^d preesse dinoscitur, tradidimus, id est villam Northeim^e vocatam^f in pago Salzgow^g in comitatu Ottonis comitis fidelis nostri cum omnibus appendiciis et adiacentiis suis, curtilibus, mancipiis, edificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque^h decursibus, viis et inviis, exitibus et redditibus quesitis et inquirendis mobilibus et immobilibus (et cum omni utilitate humani incolatus cum familia utriusque sexus) totum (ergo)^d et integrum prefate villę predium donamus atque devota liberalitate nostra contradimus deo et sancto Bonifacio martiri fratribusque eiusdem monasterii in perpetuam proprietatem ea conditione, ut nostri nostrorumque parentum semper sint memores et pro terrenis eterna compendia nobis impetrentⁱ. Iussimus quoque hoc regalis nostre auctoritatis inde fieri preceptum per quod volumus firmiterque iubemus, ut nullus hominum contraire et refragare aut impedire nostram valeat edictionem^k. (Et)^l ut hęc nostre traditionis condonatio firma et stabilis per succedentium temporum curricula permaneat, hanc quoque cartam inde conscribi et anulo nostro iussimus insigniri.

a) t von Northeim infolge Beschneidung des rechten Blattrandes nicht erhalten
 b) imperator auf Rasur c) omnibus - salutem fehlt in S d) fehlt in S
 e) auf radiertem North. f) In S scilicet statt vocatam g) Salzgo auf radiertem Salzg(ę)e
 h) aquarum BS i) Von der Zweckbestimmung einer Stiftung für das Seelenheil von Familienangehörigen her sind auch die von dem Bearbeiter einer Eigenmächtigkeit Eberhards zugeschriebenen Formulierungen in D 132 nicht ohne weiteres zu beanstanden, mindestens nicht diejenige über die Verpflichtung, das Gedächtnis der Stifter zu bewahren und für sie zu beten.
 k) ut - edictionem in B irrtümlich (Augensprung ?) erst nach insigniri. l) fehlt in B wegen falscher Syntax; vgl. k)